

non stetit. *Ioh. 8. v. 64.* nec servavit suam originem *Iudæ 1. v. 6.* sed primus peccavit, Deo nec volente, nec approbante: quia non percipit angelis peccantibus. *2. Pet. 2. v. 4.* nec efficiente hoc Deo, quia Diabolus ex propriis loquitur, *Ioh. 8. v. 44.* 2. Diabolus est causa peccati, non tantum quia mendax est & veritas in eo non est, sed quia est etiam pater mendacii, *Ioh. 8. v. 44.* quia excitat & impellit corda ad peccandum. *1. Ioh. 3. v. 8.* qui facit peccatum, ex Diabolo est, *v. 12. Ioh. 8. v. 44. Ephes. 2. v. 2.* Vnde dicitur decipere, seducere, circumvenire, ad malum tentare, implere corda, excæcare, indurare, operari in filiis dissidentiæ, captivare, &c.

16. 6. Propinqua peccati in homine causa est, propria hominis voluntas: quæ fascinata præstigiis Diaboli *2. Cor. 4. v. 4.* præbet se ad omnes ipsius ductus obsequientem. Ita *sph. 2. v. 2-* agit in dissidentibus, & laqueis duicit, *2. Timoth. 2. v. 26.* Non igitur extra voluntatem hominis ponenda est causa peccati.

7. Quæ de induratione objici solent, dextrè explicanda sunt, ne pugnent cum analogia fidei. Deus igitur induravit cor Pharaonis, hoc est, reliquit in illa duritie, quam habuit ex mundo, ut ageret juxta cor suum dū: idq; justo suo iudicio, propter antegressum tyrannidē Pharaonis. Hoc & ipse Pharaon dicitur se indurasse: & ministri ipsius:

*Exod.*